



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri, Nova Bibliotheca Mss. Librorvm, Sive Specimen Antiqvarvm Lectiovm Latinarvm Et Græcarvm

Labbé, Philippe

Parisiis, 1653

Decem Classes ad quas reuocari possunt Pontificum, Antistitum, Regum,
Reginarum, Principum, aliorúmque Epistolæ ac diplomata nondum in
lucem edita, cum epistolis Ruricii, Fulberti, Hildeberti, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-13263



NOVÆ
BIBLIOTHECÆ
MSS. LIBRORVM,

SIVE SPECIMINIS
ANTIQUARVM LECTIIONVM
LATINARVM.

P. PHILIPPI LABBE SOC. IESV
TERTIA PARS.

Epistolica & Diplomatica.



XHIBEBIMVS, Deo dante, in hac Tertia parte complures hætenus ineditas, Epistolas, & ex variarum Ecclesiarum ac Familiarum archiuis selecta Diplomata quàmplurima in decem sectiones hoc ordine distincta.

I. ROMANORVM Pontificum Bullas ac decretales, aut numquam publicatas, aut alienis locis insertas, aut corruptas ac mutilas cõplectetur hæc Sectio prima, non Alphabetico Pontificum digestas ordine (qui mihi omnium visus est maximè ad rem nostram & Lectorum subsidium opportunus) sed seruato temporum ac sæculorum ordine, vt cum editis seorsim Papparum Decretalibus

K

ac Bullarijs, & cum Tomis Conciliorum editionis Regiæ; possint facilius comparari,

II. LEGATORVM S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum & Episcoporum diplomata atque Epistolas representabit, seruata, vt in cæteris fermè omnibus, Elementariâ methodo.

III. ABBATVM, Priorum, aliorumque Regularium Epistolas ac Diplomata complectetur.

IV. PRESBYTERORVM, Diaconorum, Subdiaconorum, cæterorumque Clericorum, seu Ecclesiasticorum Epistolas ac Diplomata exhibebit.

V. IMPERATORVM, tam Orientis, quàm Occidentis Epistolis ac Diplomatis deputata est.

VI. REGVM Franciæ Christianissimorum à Clodoueo Magno vsque ad LVDVICVM XIII. Epistolas & Diplomata continebit, seruato temporum ac stirpium ordine.

In VII. Reliquorum Regum Hispaniæ, Angliæ, Lusitaniæ, Dania, Hungariæ &c. coniciemus Epistolas ac Diplomata.

In VII. Ducum, Marchionum, Comitum, aliorumque Principum ac Nobilium virorum Epistolas ac diplomata recensentur.

IX. Iudicum, Magistratum, Professorum, similibusque Doctorum virorum, aliorumque duntaxat Laicorum, Epistolas ac diplomata representabit.

X. Fœminarum denique, tam Principum, videlicet Augustarum, Reginarum, Ducissarum, vt vocant, Comitissarum, &c. quàm cæterarum, quæ eruditis lectoribus placere ac prodesse poterunt, Epistolas ac Diplomata complectetur.

Atque vt hîc sileam, quæ r. de Ruricij Lemouicensis Episcopi plurimorumque aliorum Galliæ Episcoporum veterum epistolis ab Henrico Canisio Tomo v. Antiquæ Læctionis mendosissimè editis dicere possem.

II. De FVLBERTI Carnotensis Antistitis epistolis in Bibliothecis SS. Patrum Colonienſi & Parisiensibus corruptissimis.

III. De HILDEBERTI, primùm Cenomanensis Episcopi, tum Turonensis Archiepiscopi, epistolis maxima sui parte truncatis, & copiosa accessione locuplerandis.

IV. De HVGONIS Metelli Canonici Ordinis sancti Augustini, qui sancti Bernardi Claraualensis ætate florebat, Epistolis LV. Ex apographo nostro collato cum veteribus membranâ R. P. Hieronymi vignery publicandis vna cum Iuonis Carnotensis Episcopi quibusdam nondum editis; in 24. codice Naudæano reperies, quæ sequuntur.